



Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum, quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1720

Quæst. 211. Quinam intelligantur hîc per rebaptizantes, seu iterantes Baptismum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73982](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73982)

Quæst. 211. Quinam intelligantur hic per rebaptizantes seu iterantes baptismum?

R Esp. Intelliguntur, qui ritè semel baptizatos absolute & scienter sapitus quam semel baptizant, & hinc anabaptista dicuntur, & gravissimum Sacriligium, immanissimum scelus & inexpiabile faciunt & committunt, ut dicitur *Can. rebaptizare* 108, & *Can. 112. de consecrat.* quia rite collatus baptismus indelebilem characterem imprimit, & hinc interabilis, juxta quod definitur Florent. in *Decret. unio- nis*. §. 5. & *Trid. sess. 6. c. 9. & sess. 14. c. 2. de Sacrament. in gen. & can. 11. de baptismo.*

Quæst. 212. Quæ poena rebaptizantium & scienter rebaptizatorum?

1. **R** Esp. Primò, Jure Civili afficiuntur ultimo supplicio. *l. 1. §. 2. c. ne sanctum Baptisma iteri.*

2. **R** Esp. Secundò, qui Jure Canonico scienter vel etiam per ignorantiam crassam & moraliter culpabiliter rebaptizat absolute aliquem semel baptizatum, irregularitatem incurrit. *C. confirmandum. dist. 50. C. Afror. d. 78. can. qui in qualibet. 1. 4. 7. c. ex literarum. h. t. Barbol. ibid. n. 2. Navar. in man. c. 27. n. 246.* ita ut ad ordines saltem majores promoveri nequeat. *Diaz. pract. crim. v. rebaptizati. c. 15. 1. §. v. ordina- di Lit. B. Pirh. h. t. n. 13.* idque, ut idem cum *Navar. l. c. & aliis communiter apud Laym. l. 1. rr. §. c. 2. n. 1.* indubitatum, si delictum publicum & notorium; secus tamen, seu non incurritur irregularitas hæc à rebaptizante sub conditione, si baptizatus non est, licet temerè & sine sufficiente inquisitione hujus conditionis rebaptizet, quia conditio apposita de præsentè vel præterito, si subit, impedit actum rebaptizandi, neque talis habet intentionem iterandi baptismum; si jam baptizatus, & quòd si fuit baptizatus, non iteratur baptismus, sed primò confertur, ita *Navar. Laym. Pirh. l. cit.* de cætero extenditur irregularitas hæc ad eos, qui rebaptizanti ministrant, ut *Acolyti, Subdiaconi, Diaconi*, juxta citatum *c. ex literarum*, ita ut ad Ordines superiores ascendere nequeant, & ipsi, si crimen est notorium; quin & extenditur ad alios ministrantes, quia non respectu soli Acolythi quæ talis, sed ratione ministerii ex officio præstiti incurritur hæc irregularitas. *Reiffenst. h. t. n. 36.* secus tamen hic iterum est de ministrantibus rebaptizanti ex ignorantia, baptizandum esse baptizatum, modò ignorantia non sit crassa;

quia irregularitas hæc incurritur propter delictum, adeoque ubi id propter ignorantiam abest, non incurritur. *Scot. in 4. dist. 6. 9. 8. Laym. l. c. & alij*, quos refert *Reiffenst. n. 38.* his non obstante *can. qui bis dist. 4. de consecrat.* dum ibi dicitur; qui bis igno- rante baptizati sunt, non indigent pro eo penitentes, nisi quod secundum Canones ordinari non possunt, nisi magna necessitas cogat; nam *can. is.* vim legis non habet, cum nec à Papa, nec ab aliquo Concilio proveniat, sed sumptus ex penitentiali Theodori, ut notant *Pirh. n. 16. Reiffenst. n. 39.* ex Covar. quem posterior male citat, citandum rectius in *Clem. si fa- riosus. in relect. p. 1. n. 8.* neque *Can. qui in quacunq. 1. 9. 2.* ubi, qui in quacunq. etate (adeoque etiam infantes) alibi quam in Ecclesia Catholica baptizati aut rebaptizati sunt, ad ecclesiasticam militiam pro- fus non permittantur accedere; nam ibi sermo est de etate discretæ & doli capace, ut cum *gl. ibid. v. etate. Pirh. Reiffenst. l. cit. & pro ut constat ex c. 3. §. sequi. caus. 1. 9. 4.* ubi expressè, quòd parvuli ab hæreticis baptizati, si postea conversi fuerint ad Ecclesiam, ad ordines promovendi possunt, additè etiam ratio- ne, quia suo id non fecerunt iudicio. Sed neque ignoranter rebaptizatus, dum postea scienter id ratum habeat, si irregularis, cum rati habito com- paratur mandato, quòd ad culpam, non quòd ad pen- nas juris, nisi id exprimat, *Pirh. l. v. cum Avila de cens. p. 7. d. 7. dist. 2. concl. 3.* Porro in irregularitate hæc verè contracta solus Papa dispensat, si delictum est publicum *c. 2. h. t. & ibi. Barbol. n. 7. Diaz. l. v. lit. B. Pirh. l. c. Reiffenst. n. 40.* si verò delictum occultum, dispensare potest Episcopus, vi- gore *Trid. sess. 24. de reform. c. 6.*

Quæst. 213. Num dictam irregularita- tem incurrat iteratò scienter confe- rens alicui Sacramentum confirmatio- nis, aut illud suscipiens?

R Esp. Negativè; cum irregularitas nunquam in- curratur, nisi in jure expressè reperitur, *C. si qui. de sent. excom. in 6.* in jure autem nullibi statuta iteranti Sacramentum confirmationis. *Covar. Diaz. l. cit. Pirh. n. 17.* contra *Navar. in man. c. 27. n. 146.* Quatenus dicit contrarium consuetudine observa- ri. His non obstante, quòd *c. dictum. dist. 5. de consecrat.* æqualiter prohibetur iteratò tam con- firmationis quam baptismi, siquidem pœnæ exten- dendæ non sunt à casu ad casum, etiam uterque præ- hibitus sit.

TITULUS X.

De his, qui Filios occiderunt.

Quæst. 214. Quinam veniant hoc titulo?

R Esp. tamen hujus tit. rubrica exprimat solum, qui filios occidunt, veniunt tamen parricidæ omnes, tam propriè, quam minùs propriè tales. Parricidæ propriè tales dicuntur & sunt, primò, si etymon nominis spectes, qui proprium patrem vel matrem occidunt, *l. 1. ff. ad leg. Pompeiam de parricid.* ubi, quòd sit patris excidium vel cædes, idque, etiam si occidatur pater naturalis tantùm, & non legitimus, consideratur enim substantia filiationis, & non qua- litas. *Clar. l. 5. sent. §. parricidium. n. 2. Farin. pr. crim. p. 5. q. 120. sess. 5. n. 105. Alex. in L. ex*

facto. §. si quis rogat. ff. ad S. C. Trebelli. Pirh. h. t. n. 1. Extenditur hoc nomen etiam propriè ad eos, qui avum vel aviam aliòsque quoscunq. ascendentes in infinitum occiderunt; quia veniunt patentum nomine, quin & postea nomen & pœna parricidii propriè applicata his, qui filios aut nepotes ex filio aut filia descendentesque ex linea recta occiderunt. *cit. l. 1. & ibi gl. v. filium. Farin. l. c. n. 108. & 109.* quo etiam reducit cum citato à se *Farin. n. 111.* *Pirh. vitricum & novercam occidentes, privignam vel privignam, quamvis hi ab aliis ad parricidas minùs propriè reducantur.* Parricidium verò minùs propriè & largiùs loquendo, est & dicitur quòdvis homicidium cujusvis consanguinei, etiam collateralis, vel